

# SCHEMATISMUS

VENERABILIS CLERI  
DIOECESIS GRAECI RIT. CATH.

## HAJDUDOROGENSIS

PRO ANNO DOMINI D. a.

1948.



TYPOGRAPHIA DÓZSA, NYIREGYHÁZA.



Állomány ellenőrizve 2003

PATRONUS DIOECESIS:

SANCTUS  
STEPHANUS

ARCHIDIACONUS ET PROTAMORTYR.



GKHFK, Nyíregyház  
50686-1

AUGUSTISSIMUS PONTIFEX  
ECCLESIAE UNIVERSALIS  
SUA SANCTITAS

**PIUS XII.**

EPISCOPUS ROMANUS  
JESU CHRISTI VICARIUS

PRINCIPIS APOSTOLORUM SUCCESSOR  
PRINCEPS SUPREMUS STATUS URBIS VATICANAE

**EUGENIUS PACELLI**

NATUS ROMAE DIE 2. MARTII 1876. ORDINATUS  
PRESBYTER DIE 2. APRILIS 1899. ARCHIEPISCO-  
PUS PRAECONISATUS DIE 23. APRILIS 1917. CAR-  
DINALIS CREATUS DIE 16. DECEMBRIS 1929. SUM-  
MUS PONTIFEX ELECTUS DIE 2. MARTII 1939. AC  
DIE 12. MARTII CORONATUS

CATHOLICAM ECCLESIAM FELICITER GUBERNAT

NUNTIATURA APOSTOLICA  
BUDAPESTINI

VACAT

PRINCEPS-PRIMAS REGNI HUNGARIAE  
ET PROVINCIAE STRIGONIENSIS METROPOLITA:


EMINENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS  
DOMINUS DOMINUS

**JOSEPH**

S. R. E. TIT. S. STEPHANI IN COELIO MONTE  
PRESBYTER CARDINALIS

**MINDSZENTY**

DEI MISERICORDIA ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
PROVINCIAE ET ARCHIDIOECESIS STRIGONIENSIS AR-  
CHIEPISCOPUS ET METROPOLITA, INCLYTI REGNI HUN-  
GARIAE PRINCEPS PRIMAS, S. SEDIS APOSTOLICAE LE-  
GATUS NATUS, ECCLESIASTICAE COMMISSIONIS PRAE-  
SES, COMMISSIONIS SUPER MANIPULANDIS ET REVI-  
DENDIS FUNDIS HUNG. CATH. RELIGIONIS ET STUDIO-  
RUM ITEMQUE SUPREMAE SCHOLARUM CATHOLICA-  
RUM ECCLESIASTICAE AUCTORITATIS PRAESES, ACTIO-  
NIS CATH. PRAESES REGNICOLARIS, SUMMUS ET SE-  
CRETUS CANCELLARIUS, INCLYTI COMITATUS STRIGO-  
NIENSIS PERPETUUS AC SUPREMUS COMES, ACADE-  
MIAE S. STEPHANI PRAESES ET SODALIS AD HONORES.



ORDINARIUS:

EXCELLENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS  
DOMINUS DOMINUS

**P. NICOLAUS DUDÁS**

**ORDINIS BASILIANI S. JOSAPHAT**

DEI MISERICORDIA ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
EPISCOPUS HAJDUDOROGENSIS GRAECI RITUS CATHOLICORUM,  
ADMINISTRATOR APOSTOLICUS EXARCHATUS MISKOLCENSIS,  
ITEMQUE ADMINISTRATOR APOST. PARTIS DIOEC. MUNKÁCSIENSIS  
IN HUNGARIA, SUPREMAE SCHOLARUM CATHOLICARUM  
ECCLESIASTICAE AUCTORITATIS SODALIS, SS. THEOLOGIAE  
DOCTOR ET AD UNIVERSITATEM BUDAPESTINENSEM COLLEGIATUS.

Natus die 27. Octobris 1902. in Máriapócs, in Comit. Szabolcs,  
Presbyter ordinatus 8. Septembris 1927. Máriapócsini, Episcopus  
Diocesanus die 25. Martii 1939. clementissime denominatus,  
die 7. Aprilis 1939. praeconisatus et die 14. Maii 1939. in Máriapócs  
Episcopus consecratus simulque inthronisatus.

Residet in Nyiregyháza.

## BREVIS HISTORIA DIOECESEOS HAJDUDOROGENSIS

Millennare Hungarorum Graeci ritus catholicorum saeculis vententibus organismo proprio carentium ecclesiastico desiderium multos post labores parturiendi ad verum perducens Dioecesim Graeci ritus catholicam Hajdudorogensem Franciscus Iosephus I., Rex Apostolicus Hungariae, qua Supremus Ecclesiae Cath. Hungaricae Patronus die 6-a Maii a. 1912. fundavit, illamque Sua Sanctitas Pius X. Pontifex Romanus per bullam „Christifideles Graeci“ die 8-a Iunii a. 1912. canonisavit, Comitibus vero Regni Hungariae in capite legis XXXV. a. 1913. in legem acceptaverunt, qua Gubernium Hungariae instituta Dioeceseos evolventa suscepit.

Bulla Dioecesim novam explicite pro Hungaris — „... qui lingua Hungarica utuntur...“ — et ex paroeciis sex Dioecesium erexit. Ex Dioecesi Munkácsensi dismembrata est pars maior paroeciarum novae Dioeceseos, numero 70; ex Dioecesi Eperjesiensi annexae sunt 8, ex A.-Dioecesi Fogarasiensi 35, ex Szamosújváriensi 4, ex Magno-Varadinensi 44 ac demum ex A.-Dioecesi Strigoniensi 1 (Budapest).

Regimen Dioeceseos novae S. Sedes Apostolica primo Antonio Papp, Episcopo quondam Munkácsensi commisit, dein vero die 21-a Apr. a. 1913. in persona **Stephani Miklósy**, antea Parochi in Sátorajújhely et Archidiaconi Zemplénensis Episcopum Dioeceseos primum denominavit.

Episcopus Miklósy Sedem Dioeceseos ad tempus oppidum Debrecen elegit. Hic tristis memoriae attentatum nefarium die 23-a Febr. a. 1914. ex parte inimicorum Dioeceseos novae in personam Episcopi per bombam commissum est. Divina tamen Providentia personam Episcopi a nece liberavit, sed tres officiales gremiales explodata bomba in partes dilaceravit.

Die 23-a Sept. eiusdem anni Sedes episcopalis in oppidum Nyiregyháza transposita est, ubi civitas caritate magna et prompta ad liberalitatem eam accepit.

Eventus notabilis vitae ecclesiasticae fuit die 24-a Iun. 1916. introductus usus Calendarii Gregoriani (primo in universa Ecclesia Orientali).

Anno 1918. apparuit Schematismus Dioeceseos primus, in quo historia temporis prolapsi uberius continetur. Abhinc eventus graviores in historia Dioeceseos sequentes eminent:

Anno 1920. editum est novum Liturgicon (Missale), in quo Canon S. Liturgiae in lingua Graeca Hungaricaque impressus est. A. 1925. apparuit Evangeliarium Hungaricum, a. 1927. vero Euchologion (Rituale). Non in editione Dioeceseos apparuit, sed pro vita Cleri dioecesani spirituali notabile fuit Horologion (Breviarium) a. 1938. Miskolcini proditum.

Religiosi Ordinis S. Basilii Magni a. 1935. in Hajdudorog novum constituerunt Monasterium, Sorores vero Basilissae, quarum ex Ordine moniales in Monasterio ad Vallem Wesprimiensem a S. Stephano I. Rege Hungariae fundato pallium s. d. coronationis sancti Regis suo tempore acu pinxerant, eodem a. 1935. iterum in Regno consederunt, etquidem in Máriapócs.

Episcopus Stephanus Miklósy die 29-a Oct. 1937. obdormivit in Domino, ex quo per annum ac semestrem Eugenius Bányay, Praelatus S. Sanctitatis, Praepositus Maior qua Vicarius Capitularis Dioecesim gubernabat.

Die 25-a Mart. a. 1939. Pius XII. Pontifex Romanus in persona Dr-is P. Nicolai Dudás, Presbyteri ex Ordine S. Basilii M. Episcopus secundum Dioeceseos denominavit, die vero 7-a Apr. e. a. praeconisavit. Novus Ordinarius die 14-a Maii a. 1939-i ab Archiepiscopo tit. Cyzicensi b. m. Antonio Papp, Exarcha quondam Miskolciensi conconsecrantibus Andrea Kriston, consecr. Eppo tit. Gerasensi, Eppo Auxiliari Agriensi et Dr.-e Zoltano Meszlényi, consecr. Eppo tit. Sinopeno, Eppo Auxiliari Strigoniensi, in Ecclesia Máriapócsensi consecratus et ibidem inthronizatus est, regimenque Dioeceseos suscepit.

Pastore ipso principali aedificatum est a. 1941. in Máriapócs Xenodochium pro peregrinantibus domui maternae Sororum Basilissarum coniunctum, in quo ab a. 1945. etiam Orphanotrophium Gr. cath. in Sororum administratione fungitur.

Episcopus Dioecesanus a. 1942. Hajdudorog Praeparandiam Gr. catholicam pro Cantoribus Docentibusque fundavit. Hoc Institutum a. 1947. iam 40 iuvenibus diploma Cantoris ac Ludimagistri praebuit, a. vero schol. 1947—48. plene evolutum est, ut candidatis utriusque sexus qualificationem Ludimagistri praebere valeat. Ad institutum Internatus a PP. Basilianis ductus pro pueribus ac Sororibus ducentibus Internatus pro puellis erecti sunt.

A. 1943. constitutus est in Hajdudorog Schola Gr. cath. s. d. Popularis Superior ad iuventutem virilem agrariam in spiritualibus temporalibusque latius erudiendam.

A. 1945. apertus est in Nyiregyháza in domo ab Actione Catholica Hungarica empta Internatus Eppalis Gr. cath. ad S. Iosaphat pro iuventute scholarum mediarum.

Succrescentia sacerdotalis Dioeceseos usque ad a. 1918. per Seminarium Gr. cath. Ungvarinense praestita erat. Limitibus Regni commutatis usque ad a. 1930. in Seminarium A.-Eppale Strigoniense, partim in Seminarium Centrale Budapestinense Alumni mittebantur, ab a. 1930. vero usque ad praesentem in Seminarium novissime laudatum. Seminarium Dioecesanum Academiaque Theologica gravibus temporibus usque ad hunc diem erigi non poterant. Aedificium in Nyiregyháza ad hunc finem constructum bello interveniente imperfectum remansit.

\*

Commutationes territorii Dioeceseos Hajdudorogensis a fundatione factae hic in sequentibus resumuntur:

Postquam exercitus Rumenicus bello a. 1914—18. gesto subsequenter in territorium Transsylvaniae partesque orientales Hungariae et sic Dioeceseos Hajdudorogensis quoque ingressum erat, Valfré di Bonzo, Nuntius Apostolicus Vindobonensis decreto die 10-a Maii 1919. sub num. 16.475. dato communicavit, quod

Benedictus XV. Papa „votis Antistitum Rumenorum obsecundans, parochias Graeco-catholici ritus numero 46, quae per memoratam Bullam neoformatae Dioecesi Hajdudoroghensi attributae fuerant et quarum 42 e Dioecesi Rumena Magnovaradinensi et 4 e Dioecesi Szamosujváriensi dismembratae fuerant, curis et zelo Episcopi Graeci Rumeni ritus Magnovaradinensis committere decrevit tamquam Sedis Apostolicae Delegati.“

Post aliquot dies die 29-a Iun. 1919. Nuntius decreto recentiore sub num. 17.669. communicavit, quod S. Sedes „sic dicti Vicariatus Siculi parochias curis ac zelo Ordinarii Albae Iuliensis et Fogarasiensis rumeni ritus committere decrevit tamquam Sedis Apostolicae Delegati.“

Ambae ordinationes ad tempus factae sunt et „attento eo quod illae paroeeciae per demarcationis, ut aiunt, lineam nullam cum Ordinario proprio communionem habent.“ Institutio iurisdictionem super parochias Nagyléta II. et Nagyvárád (quae ad Dioecesim Munkácsensem quondam pertinebant) non attinxit.

Exercitu Rumenico regresso aliquot (Álmosd, Bagamér, Csegöld, Hosszupályi, Kókád, Makó, Nagyléta I., Nyíraácsád, Nyírt-

adony, Nyírábrány, Pocsaj, Porcsalma, Vértes) 46 parochiarum sub Episcopum Magnovaradinensem qua Delegatum Apostolicum ordinatarum liberatae sunt. Tunc Episcopus Stephanus Miklósy consulante Ioanne Csernoch Cardinali, Principe Primatē rogavit S. Sedem Apostolicam, ut „dignetur parochias ab occupatione hostili iam solutas iterum iurisdictioni“ Eparchiae Hajdudorogensis submittere. Ante responsum S. Sedis litteris die 18. Iun. 1920. datis Principis Primatis tranquillitibus nisis Episcopus Miklósy regimen harum parochiarum suscepit. Reapse die 25-a Iul. 1935. Angelo Rotta, Nuntius Apostolicus Budapestinensis „Episcopum Hajdudorogensem legitime suam iurisdictionem super parochias“ supradictas exercere declaravit.

Hoc post decretum secunda die Nuntius idem ex speciali mandato S. Sedis collato per tramitem S. Congregationis pro Ecclesia Orientali nomine eiusdem S. Sedis sub num. 9.163/35. Dioecesi Hajdudorogensi adnexit parochias duas Gr. cath. intra limites Hungariae mutilatae relictas, super quas per 15 annos dr. Iosephus Siegescu, Praelatus S. Sanctitatis iurisdictionem exercebat, nominatim Bedő, antea pertinentem ad Dioecesim Magnovaradinensem, necnon Battonya olim Dioecesi Lugosiensi pertinentem.

Parochiae sub imperio Rumenico perventae 7 illae, quae ex Dioecesi Munkácsensi per bullam „Christifideles“ suo tempore Dioecesi Hajdudorogensi annectae erant (Kökényesd, Nagykároly II., Nagypeleske, Sárközujlak, Szatmárnémeti II., Szárazberek, Turterebes), necnon parochia a Rumenis non repetita, superius iam laudata. Nagyvárad II., de iure sub iurisdictione Episcopi Hajdudorogensis remanebant (quamquam haec iurisdictione per limites non de facto super illas ab Episcopo Hajdudorogensi exerceri potuerat) usque ad a. 1922., donec Marmaggi Nuntius Bucarestinensis die 7-a Mart. 1922. sub num. 1231. auctoritate speciali modo ei attributa illas una cum parochiis ex Dioecibus Munkácsensi et Stanislaoopolitana intra limites Rumenici Regni inventis ad regimen Clementis Zlepko qua Apostolici Administratoris (residebat in Siret, Bucovina) commisit.

Iurisdicchio super parochias Dioecesos Hajdudorogensis sub imperio Rumenico sitas ratione Concordati Rumenici a. 1930. iniiti iunctim ad Constitutionem. quae incipit „Solemnis Conventione“ a Pontifice XI. Pio editam parocciis Transsylvaniae Graeci ritus catholicis permutandis denuo ordinata est, quae sc. Constitutio parochias seiunctas in Episcopatus tempore ante bullam „Christifideles“ super illas iurisdictionem exercentes, par-

tim vero in Episcopatum Maramarosensem neoerectum dispersit. Harum sub iurisdictione Dioecesum parochias, de quibus agitur, S. Sedes Apostolica etiam sub imperio Hungarico tempore interiecto a. 1939—44. restituito reliquit.

Super parochias quattuor s. d. Bodrogközenses sub imperium Czechoslovachiae subiectas (Bodrogmező, Bodrogszerdahely, Kisodbra, Zemplén) per limites quoque Episcopus Hajdudorogensis sine perturbationibus iurisdictionem exercebat, a die 22-a Aug. a. 1929. partim per tramitem ab ipso denominati Vicarii, Eugeni Szabó, Parochi in Bodrogszerdahely. At S. Sedes Apostolica a. 1937. consequenter ad modum vivendi cum Statu Czechoslovachico factum illas Dioecesi Munkácsensi annexit. Postquam Regiones s. d. Superiores a Hungaris incultate a. 1938. ad Regnum Hungariae reversae sint, Ordinariatus Dioecesos Hajdudorogensis inito a. 1939. a S. Sede parochias quattuor Bodrogközenses renectendas petivit. Quod brevi tempore et factum est: Decretum S. Congregationis pro Ecclesia Orientali sub num. 143/39. in hac relatione fines Dioecesos Hajdudorogensis originales restauravit.

Exeunte bello — ut aiunt — mundano secundo, autumno a. 1944. in territorio parochiarum earundem imperium Czechoslovachicum restitutum est. Propterea die 14-a Apr. a. 1945. Episcopus Hajdudorogensis Eugenium Szklár, Vic. For. schol., Parochum in Kisodbra Vicarium Eppalem pro his parocciis Bodrogközensibus denominavit, qui in hac qualitate ecclesias illas gubernabat, donec S. Sedes Apostolica ineunte a. 1946. Episcopo Eperjesiensi Petro Paulo Gójdics, qua Administratori Apostolico ipsas subiecit.

\*

Bello per territorium Dioecesos iure invadenti ceteroquin autumno a. 1944. exercitus Germanicus regrediens explodere fecit 5 Ecclesias Graeci ritus catholicas, quarum reaedificatio Deo adjuvante partim iam facta est, partim agitur.

## SERIES EPISCOPORUM DIOECESIS HAJDUDOROGENSIS:

- I. STEPHANUS MIKLÓSY . . . . . 1913—1937  
II. DR. NICOLAUS DUDÁS . . . . . 1939—

### Series canonicorum ecclesiae cathedralis Hajdudorogensis inde ab erecto episcopatu et capitulo:

1. Theodorus Damjanovich . . . . . 1914—1926
2. Eugenius Bányay . . . . . 1914—
3. Alexius Mitrovics . . . . . 1914—1917
4. Iulius Ruttkay . . . . . 1916—1933
5. Nicephorus Geysa Melles . . . . . 1916—
6. Ladislaus Sereghy . . . . . 1927—
7. Dr. Alexander Mihalovich . . . . . 1927—
8. Stephanus Bihon . . . . . 1933—1940
9. Cornelius Antalóczy . . . . . 1940—
10. Dr. Georgius Papp . . . . . 1942—

## ABBREVIATIONES

- |   |   |
|---|---|
| <p>a. — anno<br/>ad hon. — ad honores<br/>aedif. — aedificata<br/>Alt. — Altaris<br/>ant. — antiqua<br/>A. R. — Admodum Reverendus<br/>Aug. — Augustanae Confessionis<br/>Benefic. — Beneficium locale<br/>C. — Comitatus<br/>Cap. — Capella<br/>Cap. schol. — Capella scholaris<br/>Civ. Iur. Comit. — Civitas iuribus comitatensibus praedita<br/>Cl. — Clarissimus<br/>Confr. — Confraternitates<br/>Congr. — Congrua<br/>Congr. BMV. — Congregatio Beatae Mariae Virginis<br/>Consil. Eppalis — Consiliarius Episcopalis<br/>D. — Dominus<br/>Direct. — Director<br/>Dist. — Distantia a Matre<br/>distr. — districtualis<br/>Doc. — Docens<br/>Dom. par. — Domus parochialis<br/>Eccl. — Ecclesia<br/>emer. — emeritus<br/>Foeder. Parent. — Foederatio Parentum Catholicorum Religiosa<br/>Ft. — Forint (Florenus)<br/>G. C. — Graeci ritus Catholicici</p> | <p>G. O. — Graeco-Orientales<br/>Gymn. — Gymnasium<br/>Helv. — Helveticae Confessionis<br/>Intern. — Internitas<br/>Iud. — Iudaei<br/>iug. — iugerum<br/>Metrop. — Metropolis<br/>Oppid. Comit. — Oppidum s. d. comitatense<br/>OSBM. — Ordinis Sancti Basilii Magni<br/>pag. — pagina<br/>Par. — Parochia<br/>Praed. — Praedium<br/>Praepar. — Praeparandia pro docentibus<br/>Presb. — Presbyter<br/>R. — Reverendus<br/>R. C. — Romano-Catholici (Latini ritus)<br/>restaur. — restaurata<br/>Rssimus — Reverendissimus<br/>Schol. gen. — Schola generalis<br/>Schol. pop. — Schola popularis<br/>Sect. — Sectariani<br/>Sod. S. Ros. — Sodalitas Sacri Rosarii<br/>Sod. SS. Cor. Iesu — Sodalitas Sanctissimae Cordis Iesu<br/>SS. Can. Doctor — Sacrorum Canonum Doctor<br/>SS. Theol. Doctor — Sacratissimae Theologiae Doctor<br/>St. viae ferr. — Statio viae ferreae</p> |
|---|---|



<b>Stat.</b> — Statualis	gruae (i. e. tanto minorem
<b>substit.</b> — substitutus	subventionem status prae-
<b>Szívárdá</b> — (Guardia SS.	stat)
Cor.) Unio puerorum puel-	<b>Vic. For. distr.</b> — Vicarius
larumque u. ad. a. 12.	Foraneus (Vice-Archidiaconus)
<b>telegr.</b> — statio telegraphica	districtualis
<b>teleph.</b> — statio telephonica	<b>Vic. For. schol.</b> — Vicarius
<b>Unit.</b> — Unitarii	Foraneus (Inspector) scho-
<b>Valor imput.</b> — Valor bene-	larum districtualium
ficii localis imputatus con-	

## S I G N A

- ⊗ Ecclesia vel Capella Graeci ritus Catholicorum.
- × Capella scholaris Graeci ritus Catholicorum
- † Ecclesia vel Capella Latini ritus Catholicorum.
- ⊕ Ecclesia vel Capella communis Graeci et Latini ritus Catholicorum.
- + S. Liturgia (Missa) celebratur praeter Ecclesiam parochialem (numerus post signum: quoties in anno).
- △ Ecclesia vel Capella Graeco-Orientalium.
- ⊙ Oratorium Augustanae Confessionis
- \* Oratorium Helveticae Confessionis.
- ∥ Oratorium Sectarianorum.
- Synagoga Iudaeorum.

## N O T A

Numerus animarum in hoc Schematismo fertur secundum censum populi officialem a. 1941. actum, excepto tamen Iudaeorum, in quorum sc. numero a. 1944. propter deportationes magnae commutationes factae sunt. Numerus eorum fertur, uti a Parochis statui hodierno accomodatus indicatus est.

Praedia, allodia, etc., utpote quae communitates politicas separatas non constituunt, inter Filiales non recensentur; continentur enim in respectivis communitatibus politicis, quibus adhaerent. Ibi tantum seorsim enumerantur, ubi ad aliam parochiam pertinent.

Lingua fidelium in hoc Schematismo non assignatur; in omnibus enim parochiis lingua utuntur Hungarica.

# CAPITULUM ECCLESIAE CATHEDRALIS HAJDUDOROGENSIS

(Sedes in oppido Nyiregyháza).

## Canonici Actuales:

### ARCHIPRESBYTER SEU PRAEPOSITUS MAIOR:

Illustrissimus ac Reverendissimus D. EUGENIUS BANYAY, Vicarius Generalis Episcopalis, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Praelatus domesticus, Praeses Officii Censurae Dioecesanae, Praeses Administrationis Foundationum Piarum, SS. Theologiae Baccalaureus. Canonicus ab a. 1914. Praepositus Maior ab a. 1927.

### ARCHIDIACONUS SEU LECTOR:

Reverendissimus D. NICEPHORUS GEYSA MELLES, Officialis Tribunalis Dioecesanis, Examinator Prosynodalis, Examinator Professorum Doctrinae Religionis in scholis mediis applicandorum, Censor Dioecesanus. Canonicus ab a. 1916.

### ECCLESIARCHA SEU CUSTOS:

Reverendissimus D. LADISLAUS SEREGHY, Praeses Consilii Administrationis Bonorum Ecclesiasticorum, Iudex Prosynodalis, Examinator Professorum Doctrinae Religionis in scholis mediis applicandorum, Censor Dioecesanus. Canonicus ab a. 1927.

### SCHOLASTICUS:

Reverendissimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Archidiaconus Szabolcsensis, Parochus in Nyiregyháza, Praeses Examinatorii Professorum Doctrinae Religionis in scholis mediis applicandorum, Iudex Prosynodalis, Parochus Consultor, Membrum Consilii a Vigilantia, Censor Dioecesanus, Membrum Commissionis pro Arte Sacra, SS. Canonum Doctor. Canonicus ab a. 1927.

**CARTOPHYLAX SEU CANCELLARIUS:**

Reverendissimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, Inspector Supremus Scholarum Cath. Dioec., Praeses Commissionis pro Arte Sacra, Iudex et Examinator Prosynodalis, Examinator Professorum Doctrinae Religionis in scholiis mediis applicandorum, Censor Dioecesanus, Membrum Consilii Administrationis Bonorum Ecclesiasticorum, SS. Theologiae Magister. Canonicus ab a. 1940.

**PRAEBENDATUS:**

Reverendissimus ac Cl. D. GEORGIUS PAPP iun., Vice-officialis Tribunalis Dioecesani, Censor Dioecesanus, Membrum Commissionis pro Arte Sacra, SS. Theologiae Licentiatus itemque SS. Canonum Doctor. Canonicus ab a. 1942.

**Canonici Honorarii:**

1. Rssimus D. IOANNES PAPP sen., Archidiaconus Cathedralis, Parochus Consultor, Membrum Commissionis pro Arte Sacra, Vicarius Foraneus emer., Parochus in Hajdudorog. Canon. Honor. ab a. 1918.
2. Rssimus ac Cl. D. GABRIEL KRAJNYÁK, Membrum Consilii a Vigilantia, Censor Dioecesanus, Parochus in Budapest I., SS. Can. Doctor. Canon. Honor. ab a. 1933.
3. Rssimus D. DANIEL VÉGHSEŐ, sen. Vicarius Foraneus emer., Parochus in Hajdúböszörmény. Canon. Honor. ab a. 1939.
4. Rssimus D. IOANNES VOLOSIN, Vicarius Foraneus emer., Parochus in Nyirvasvári. Canon. Honor. ab a. 1947.
5. Rssimus D. IULIUS HUDÁKY, Parochus Consultor, Vicarius Foraneus emer., Parochus in Nagykálló. Canon. Honor. ab a. 1947.

**Archidiaconi:**

1. Cathedralis: Rssimus D. IOANNES PAPP sen., Canon. Honor. pag. 16.
2. Szabolcsensis: Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Canon. pag. 15.
3. Szatmáriensis: Rssimus D. IOSEPHUS TURZAN, Vicarius Foraneus emer., Parochus in Ópályi.
4. Zemplénensis: Rssimus D. IOSEPHUS MOSOLYGO, Vicarius Foraneus emer., Censor Dioecesanus, Parochus in Tokaj.

**DISTINCTIONES ECCLESIASTICAE****I. Pontificia:****PRAELATUS DOMESTICUS SUAE SANCTITATIS SUMMI PONTIFICIS:**

Illmus ac Rssimus D. EUGENIUS BANYAY, Praepositus Maior Capituli Cathedralis, pag. 15.

**II. Dioecesanae:****CONSILIARII EPISCOPALES:**

- A. R. D. NICOLAUS SZABÓ (in America).
- A. R. D. IOSEPHUS LEGEZA, Parochus in Oros.
- A. R. D. ALEXIUS SZUCHY, Parochus in Szerencs.
- A. R. ac Cl. D. FRANCISCUS ROHÁLY, Parochus in Makó.
- A. R. D. IOANNES KOZMA, Parochus in Miskolc.
- A. R. D. IOSEPHUS SZUVÁK, Parochus in Bököny.
- A. R. D. ALEXIUS KRISKÓ, Parochus in Kállósemjén.
- A. R. ac Cl. D. ANDREAS SZTANKAY, Parochus in Budapest II.
- A. R. D. IULIUS BELLOVICS, Parochus in Buj.

A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI, Inspector Dioecesanus Schol.

A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH, Secretarius Episcopalis.

A. R. D. EUGENIUS CSOPEY, Parochus in Zemplénagárd.

A. R. D. STEPHANUS ARKOSY, Parochus in Debrecen.

#### VICARII FORANEI AD HON.

A. R. D. STEPHANUS KOHUT, Parochus in Kenézlő.

A. R. D. GEORGIUS TÓTH, Parochus in Nyirpazony.

A. R. D. ALEXANDER BODNÁR, Parochus in Penészlek.

A. R. D. EDMUNDUS DAMJANOVITS, Parochus in Balsza.

A. R. D. GEORGIUS PAPP sen., Parochus in Tornospálca.

A. R. D. GEORGIUS SIMON sen., Parochus in Baktalóránt-háza.

A. R. D. IOANNES SZMANDRAY, Parochus in Sajószöged.

A. R. D. ALEXANDER DEMKÓ, Parochus in Görömböly.

A. R. D. STEPHANUS PATAKI, Parochus in Sajópetri.

A. R. D. NICOLAUS BELLOVICS, Parochus in Dámóc.

A. R. D. IOSEPHUS TARTALLY, Parochus in Nagydobos.

A. R. D. ALEXANDER ROJKOVICH sen., Parochus in Héjkeresztur.

A. R. D. AUGUSTINUS OROSZ, Parochus in Végardó.

A. R. D. ALEXANDER KRISKÓ, Parochus in Nyirmada.

A. R. D. ALEXANDER MOSOLYGÓ sen., Parochus in Fábiánháza.

A. R. ac Cl. D. ZOLTANUS BAULOVICS, Prof. Doctr. Rel. in Budapest.

A. R. D. IOANNES FODOR, Catecheta in Sátorajaujhely.

A. R. D. PAULUS TÓTIN, Catecheta in Budapest.

A. R. D. MYRON SZEMERSZKY, Prof. Doctr. Rel. in Budapest.

A. R. D. ADALBERTUS NÁDASI, Parochus in Pocsaj.

A. R. ac Cl. D. ANDREAS KISS iun., Inspector Catech. in Budapest.

A. R. D. IOANNES SIMARSZKY, Prof. Doctr. Rel. in Miskolc.

## CURIA DIOECESANA

### I. Cancellaria episcopalis

(Nyiregyháza, Bethlen-u. 5.)

**SECRETARIUS:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH, Consiliarius Episcopalis, Praeses Officii Revisionis Rationum, Examinator Prosynodalis, Censor Dioecesanus, Membrum Consilii Administrationis Bonorum Ecclesiasticorum, Contraagens Foundationum Piarum, SS. Theologiae Doctor itemque Baccalaureatus Pontificii Instituti Biblici.

**NOTARIUS:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI, Consiliarius Episcopalis, Inspector Dioecesanus Schol., Director Commissionis Dioec. Associationum Piarum, Promotor Iustitiae et Defensor Vinculi Tribunalis Dioec., Examinator Prosynodalis, Censor Dioecesanus, Membrum Consilii Administrationis Bonorum Ecclesiasticorum, Perceptor Foundationum Piarum, SS. Theologiae Doctor. (Hab.: Tüzoltó-u. 7.)

### II. Tribunal dioecesanum primae instantiae

**OFFICIALIS:** Rssimus D. NICEPHORUS GEYSA MELLES.

**VICEOFFICIALIS:** Rssimus ac Cl. D. GEORGIUS PAPP.

**IUDICES PROSYNODALES:** Rssimus D. LADISLAUS SEREGHY, Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Reverendissimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, A. R. D. IOSEPHUS SZUVÁK, A. R. ac Cl. D. NICOLAUS BABA, R. ac Cl. D. ANTONIUS FODOR.

**PROMOTOR IUSTITIAE ac DEFENSOR VINCULI:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI.

**NOTARII:** R. ac Cl. D. IOANNES CSOBA, R. ac Cl. D. GEORGIUS KORCSINSZKY.

### III. Inspectoratus scholarum cath. dioeceseos

**INSPECTOR SUPREMUS:** Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY.

**INSPECTOR DIOECESANUS:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI.

**OFFICIALIS:** R. D. GEORGIUS VASZKUN, Catecheta.

### IV. Examinatores prosynodales

**PRAESES:** Excellentissimus ac Reverendissimus Episcopus Dioecesanus.

**EXAMINATORES:** Rssimus D. NICEPHORUS GEYSA MELLES, Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, A. R. ac Cl. D. FRANCISCUS ROHÁLY, A. R. ac Cl. D. NICOLAUS BABA, R. ac Cl. P. IOANNES LIKI, A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI, A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH, R. ac Cl. D. ANTONIUS FODOR.

### V. Examinatores professorum doctrinae religionis in scholis mediis applicandorum

**PRAESES:** Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH.

**EXAMINATORES:** Rssimus D. NICEPHORUS GEYSA MELLES, Rssimus D. LADISLAUS SEREGHY, Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, A. R. ac Cl. D. FRANCISCUS ROHÁLY, A. R. D. STEPHANUS ÁRKOSY, A. R. D. IULIUS KOVACS.

### VI. Officium revisionis rationum

**PRAESES:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH.

**REVISOR:** A. R. D. IOANNES SZEMERSZKY.

**ADSESSORES:** R. D. ZOLTANUS LÓRINCZY, R. D. PAULUS DAMJANOVICH.

### VII. Parochi consultores

Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Rssimus D. IOANNES PAPP sen., Rssimus D. IULIUS HUDÁKY, A. R. D. IOSEPHUS LEGEZA.

### VIII. Consilium a Vigilantia

**PRAESES:** Excellentissimus ac Reverendissimus Episcopus Dioecesanus.

**MEMBRA:** Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, R. P. BARTHOLOMAEUS DUDÁS OSBM. Provincialis, Rssimus ac Cl. D. GABRIEL KRAJNYAK, A. R. D. IOANNES KOZMA.

### IX. Officium censurae dioecesanae

**PRAESES:** Illmus ac Rssimus D. EUGENIUS BANYAY.

**CENSORES:** Rssimus D. NICEPHORUS GEYSA MELLES, Rssimus D. LADISLAUS SEREGHY, Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, Rssimus ac Cl. D. GEORGIUS PAPP iun., Rssimus ac Cl. D. GABRIEL KRAJNYAK, Rssimus D. IOSEPHUS MO-SOLYGÓ, A. R. D. IOANNES KOZMA, A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELENYI, A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH.

### X. Commissio pro arte sacra et revidendis planis aedificiorum ecclesiasticorum

**PRAESES:** Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY.

**MEMBRA:** Rssimus ac Cl. D. ALEXANDER MIHALOVICH, Rssimus ac Cl. D. GEORGIUS PAPP iun., Rssimus D. IOANNES PAPP sen., Cl. D. BARNABAS GÓLYA advocatus, D. EUGENIUS NAGY architectus.

### **XI. Consilium administrationis bonorum ecclesiarum**

**PRAESES:** Rssimus D. LADISLAUS SEREGHY.

**MEMBRA:** Rssimus D. CORNELIUS ANTALÓCZY, A. R.  
D. IOSEPHUS LEGEZA, A. R. D. IOANNES SZEMERSZKY,  
A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELÉNYI, A. R. ac Cl. D.  
STEPHANUS ROJKOVICH.

### **XII. Administratio fundationum piarum**

**PRAESES:** Illmus ac Rssimus D. EUGENIUS BANYAY.

**PERCEPTOR:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELÉNYI.

**CONTRAAGENS:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS ROJKOVICH

### **XIII. Commissio dioecesana associationum piarum**

**DIRECTOR:** A. R. ac Cl. D. STEPHANUS CSELÉNYI.

**SECRETARIUS:** R. P. DIONYSIUS REGŐS OSBM.

### **XIV. Commissio disciplinaria pro cantoribus docentibusque**

**PRAESES:** A. R. D. IULIUS KOVÁCS.

**MEMBRA:** A. R. ac Cl. D. NICOLAUS BÁBA, A. R. D.  
STEPHANUS FODOR sen., A. R. D. LADISLAUS KORPOS, D.  
PETRUS LENGYEL Schol. gen. Doc. in Nyiregyháza.

**ADVOCATUS:** Cl. D. BARNABÁS GÓLYA.

**NOTARIUS:** D. PETRUS LENGYEL.

## **I. ARCHIDIACONATUS CATHEDRALIS**

**ARCHIDIACONUS:**

Rssimus D. IOANNES PAPP sen., Canonicus ad hon., Pa-  
rochus Hajdudorogensis, pag. 16.

### **I. DISTRICTUS HAJDUDOROGENSIS**

**VICARIUS FORANEUS DISTR.:** A. R. D. IOSEPHUS  
SZUVÁK, Consiliarius Eppalis, Parochus Bökönyensis.

**VICARIUS FORANEUS SCHOL.:** A. R. D. LADISLAUS  
KORPOS, Parochus Ujfehértóensis.